

VITA HERCVLIS
BREVITER DESCRIPTA,
CVM IMAGINE IPSIUS
IN LAPID. PRETIOS.
AD VIVVM EXPRESSA;
CVM ALIIS QVIBVS DAM
GEMMIS SIGNATORIIS
NOBIL. ROM.
AB INCOLIS RAVRICENSIB.
AVGVSTAE RAVR.
INVENTIS:
ACCESSIT ETIAM ORATIO
DE
VSV ARTIS RHETORICAE:
Auctore
IACOBO RVSSINGERO Basil.
I.V. Licentiato.




BASILEÆ,
Ex Officina Ioh. IACOBI GENATHI,
Sumptibus ipsius AVCTORIS. 1614.

ENCOMIUM VOTIVVM

ENCOMIUM VOTIVVM
VRBI RAPPERSWILÆ

SPLENDIDISSIMÆ

SACRVM.



VRBS RAPPERSVILÆ ad piscofas Limmatib[is] undas,
Floret odoratis terra benigna Rosis.
Hic Nemus Aegeriae, fontes, & amabilis unda,
Idalii fatus, Nanadumque domus.
Atque intra muros, Charicum gratissima sedes:
Luxus iners nullus, nec Votimpe nulla mala.
Aurea pax curie, non improba iurgia Lingua:
Auri arque Argentis non male-juada famae.
Sed Pietas, niveis Prudentia concolor alis
IUSTITIAE servat credita rura Fide.
Purpureæ florete Rose, vivæque manete:
Dum Ebenus rapidas in mare volvet aquas.

DANIEL BRYNNIUS Poëta Laur. Cæf.
accinebat.



DE HERCVLE.



*E R C V L E S Iovis & Alcme-
næ filius fuisse dicitur. Hercu-
lis enim genus ad maximū re-
ferūt deorum ipsi Poëta. Eius
virtutē non solum ex operibus
spectare licet, sed etiam ex genere. Iovem
enim ferunt tribus noctibus in unam redu-
ctis Alcmene operam dedisse, maximum fu-
turi roboris indicium, tantum temporis in
eo puerō curando impensum. Quod non a-
moris cupiditate, prout in aliis mulieribus
contigit, factū est, sed pueri gignendi gratiā.
Diod. Sicul. rer. antiq. lib. 5. cap. 2. Testante
etia Orpheo in Argonaut. his carminibus:*

Πρῶτα δὲ οὐδεὶς Βίλω Ήρκυλῆς οὐδέποτε,
οὐ τέκει Αἰληπίων Ζήλω Κρονίων μηγέποτε,
ημέρας ὅτε τριάκοντα μεσὸς ἐλάπεσθαι σύρεται αὔγελος
ἥλελαι, θολιχὴ δὲ ἐπεμέσελο πάντοτεν ὄφρη. i.e.
Hic prius Herculeum robur mihi cernitur: olim
Hunc Alcmena Iovi peperit conjuncta superno,
Cùm latuit Phœbus longas tres ordine noctes
Continuas; caruitque die Sol, Lumine Soles.



O R A T I O
D E V S V ART I S
R H E T O R I C A E.



VANTÆ sint Eloquentiæ vi-
res, optimi Auditores, de Or-
pheo atq; Amphione à Poëtis
fictæ fabulæ declarat, cùm syl-
vas atq; faxa canentes diceret
esse secuta. In quo sanè nil aliud innucere va-
tes volucrunt, quām ut à fera agrestiq; vita
homines ad humanum civitemq; cultum
vivæ viribus Eloquētiæ deduceret. Eò quòd
D E V S ille princeps, rerū parens, fabricator
mundi, nullo magis hominem separaverit
à cæteris animalibus, quām dicendi facul-
tate. Etenim veram hominis pulchritudinē
in Ratione & Oratione elucere: hanc illius
comitem ac ministram: turpiter ac male &
loqui & scribere, turpe esse docet Plato in
Phædro. Causam autem totam, de qua di-
cturi aut scripturi sumus, maiore curâ per-

E